Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mitis tradetur. Bo
num erat ei si natus
non fuisset homo ille.
Respondens autem iudas
qui tradidit eum dixit.
Numquid ego sum
rabi. Dicit illi. Tu dixis
ti. Cenantibus autem eis
accepit ihs panem. et
benedixit ac fregit deditq
q̃ discipulis suis. et ait.
Accipite. et comedite hoc
est corpus meum. Et
accipiens calicem gratias
egit. et dedit illis dicens. Bi
bite ex hoc omnes. Hic
est enim sanguis meus
noui testamenti qui
pro multis effundet in
remissionem peccatorum.
Dico autem uobis quod non
bibam amodo de hoc
genimine uitis usque in
diem illum cum illud
bibam uobiscum nouum
in regno patris mei. Et ym
no dicto exierunt in
montem olyuet. Tunc
dicit illis ihs. Omnes
uos scandalum patiemini
in me in ista nocte. Scrip
tum est enim. Percutiam
pastorem. et dispergentur
oues gregis. Postquam
autem surrexero precedam
uos in galileam. Re
spondens autem petrus
ait illi. Et si omnes